



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Gul[a]e remedia sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

gnitum Dei sui est esca & potus. Quid autem acciderit Euæ, quæ ad comedendum Adam non expectauit, nemini later. Secunda est, quando aliquis nimis delicata cibaria quærit. Ut ex plurimum de diuite quotidie splendide epulante habemus. Tertia est, quando aliquis nimis sumit, ut legitur de sodomitis. Eze. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, saturitas patris, &c. Quarta est quando aliquis frequenter comedit. Talis autem non humanam sed porcinam uitam ducit, ait Augustinus. Quinta est, cum quis nimis auidè uel ardentè sumit. Ecclesiasticus. Noli auidus esse in omni epulatione, neque effundas te super omnem escam. Vnde P. Augustinus. Delitiæ quælibet si absque desiderio percipiantur, non offendunt, si uero inordinatè sumantur, impediunt profectum abstinentiæ.

Luc, 16

Eze, 16

Augus.
Ecc. 38

Augus.

Gulæ remedia sunt quatuor.

Primum est, moderata occupatio. Ociosus enim patitur famem uniuersalem. Aures enim esuriunt rumores. Oculi uanitates. Gula cibum, sed occupatio in magna parte sedat famem istam. Secun-

Pro, 23.

dum est, elongatio ab his, qui dant occasionem huic uitio. Prou. Noli esse in conuiujs potatorū, nec in messationibus eorum qui carnem conquant ad uescendum. Tertium est cogitare qualis post mortem caro futura; huiusmodi excogitatio, secundum Gregorij sententiam, multum carnis desideria edomat. Et Bern.

Bern.

Cur carnem tuam pretiosis rebus ornas, et impinguas, quam post paucos dies uermes deuoraturi sumus sepulcro? Quartum est considerare penuriā pauperū, quæ multum debet retrahere de superfluitate homines, quam in conuiujs suis faciunt, cum cogitant paupertatem illorum quibus uix possunt panem interdum habere.

Isa, 58.

Ob hoc Isaias dicebat. Carnem tuam ne despexeris, &c.

Humilitas triplex.

Ecc, 19

Humilitas in sacra scriptura triplici differentia reperitur. Prima est humilitas culpæ, de qua dicebat Ecclesiasticus. Est qui humiliter se humiliat, & interiora eius sunt plena dolo. Secunda est humilitas pænæ, de qua Psalmus cantat. De tribulauerunt eos inimici eorum,

Pl 105